

*Thomae de Aquino***Summa theologiae****IIa-IIae, Quaestio 83
De oratione**

Deinde considerandum est de oratione. Et circa hoc quaeruntur decem et septem.

1. Primo, utrum oratio sit actus appetitivae virtutis vel cognitivae.
2. Secundo, utrum conveniens sit orare.
3. Tertio, utrum oratio sit actus religionis.
4. Quarto, utrum solus Deus sit orandus.
5. Quinto, utrum in oratione sit aliquid determinate petendum.
6. Sexto, utrum orando debeamus temporalia petere.
7. Septimo, utrum pro aliis orare debeamus.
8. Octavo, utrum debeamus orare pro inimicis.
9. Nono, de septem petitionibus orationis dominicae.
10. Decimo, utrum orare sit proprium rationalis creaturae.
11. Undecimo, utrum sancti in patria orent pro nobis.
12. Duodecimo, utrum, oratio debeat esse vocalis.
13. Tertiodecimo, utrum attentio requiratur ad orationem.
14. Quartodecimo, utrum oratio debeat esse diuturna.
15. Quintodecimo, utrum oratio sit efficax ad impetrandum quod petitur.
16. Sextodecimo, utrum sit meritoria.
17. Septimodecimo, de speciebus orationis.

*Articulus 1**Utrum oratio sit actus appetitivae virtutis*

1. Ad primum sic proceditur. Videtur quod oratio sit actus appetitivae virtutis. Orationis enim est exaudiri. Sed desiderium est quod exauditur a Deo, secundum illud *Psalm.* [IX,38], „Desiderium pauperum exaudivit Dominus.“ Ergo oratio est desiderium. Sed desiderium est actus appetitivae virtutis. Ergo oratio.

*Thomas von Aquin***Summe der Theologie****II-II, Frage 83
Vom Gebet**

Danach ist das Gebet zu betrachten. Und hierzu ergeben sich siebzehn Fragen.

1. Ob das Gebet eine Tätigkeit des strebenden oder des erkennenden Vermögens ist.
2. Ob es angemessen ist, zu beten.
3. Ob das Gebet ein Akt der Religion ist.
4. Ob das Gebet einzig und allein an Gott zu richten ist.
5. Ob im Gebet etwas Bestimmtes zu erbitten ist.
6. Ob wir durch Gebet Zeitliches von Gott erbitten dürfen.
7. Ob wir für andere beten müssen.
8. Ob wir für unsere Feinde beten müssen.
9. Von den sieben Bitten des Herrengebets.
10. Ob das Beten eine Eigentümlichkeit der geistbegabten Schöpfung ist.
11. Ob die Heiligen im Himmel für uns beten.
12. Ob das Gebet laut gesprochen werden muß.
13. Ob Aufmerksamkeit zum Gebet erforderlich ist.
14. Ob das Gebet beständig sein muß.
15. Ob das Gebet wirksam ist, um zu erlangen, um was man bittet.
16. Ob es verdienstvoll ist.
17. Von den verschiedenen Arten des Gebetes.

*Artikel 1**Ob das Gebet eine Tätigkeit des strebenden Vermögens ist*

1. Es scheint, daß das Gebet eine Tätigkeit des strebenden Vermögens ist. Zum Bitten gehört es nämlich, erhört zu werden. Das Verlangen aber ist es, das von Gott erhört wird, gemäß *Psalm* 9,38 [10,17]: „Das Verlangen der Armen erhört der Herr.“ Das Gebet ist folglich soviel wie Verlangen. Das Verlangen aber ist eine Tätigkeit des Strebevermögens. Also auch das Bitten.



2. Praeterea, Dionysius dicit, in III cap. *De Div. Nom.*, „Ante omnia ab oratione incipere est utile, sicut Deo nos ipsos tradentes et unientes“.¹ Sed unio ad Deum per amorem fit, qui pertinet ad vim appetitivam. Ergo oratio ad vim appetitivam pertinet.

3. Praeterea, Philosophus, in III *De anima*², ponit duas operationes intellectivae partis, quarum prima est indivisibilium intelligentia, per quam scilicet apprehendimus de unoquoque quid est; secunda vero est compositio et divisio, per quam scilicet apprehenditur aliquid esse vel non esse. Quibus tertia additur ratiocinari, procedendo scilicet de notis ad ignota. Sed oratio ad nullam istarum operationum reducitur. Ergo non est actus intellectivae virtutis, sed appetitivae.

SED CONTRA est quod Isidorus dicit, in libro *Etymol.*, quod orare idem est quod dicere.³ Sed dictio pertinet ad intellectum. Ergo oratio non est actus appetitivae virtutis, sed intellectivae.

RESPONDEO DICENDUM quod, secundum Cassiodorum, oratio dicitur quasi oris ratio.⁴

[1] Ratio autem speculativa et practica in hoc differunt quod ratio speculativa est apprehensiva solum rerum;

[2] ratio vero practica est non solum apprehensiva, sed etiam causativa.

Est autem aliquid alterius causa dupliciter.

[2.1] Uno quidem modo, perfecte, necessitatem inducendo, et hoc contingit quando effectus totaliter subditur potestati causae.

[2.2] Alio vero modo, imperfecte, solum disponendo, quando scilicet effectus non subditur totaliter potestati causae.

Sic igitur et ratio dupliciter est causa aliquorum.

[2.1] Uno quidem modo, sicut necessitatem imponens, et hoc modo ad rationem pertinet imperare non solum inferioribus potentiis et membris corporis, sed etiam hominibus subiectis, quod quidem fit imperando.

¹ Ps.-Dionysius Areopagita, *De divinis nominibus* .8, § 1 (PG 3,680).

² Vgl. Aristoteles, *De anima* VI 1-2; 1 (430a 26-31).

³ Vgl. Isidor von Sevilla, *Etymologiae* (PL 82,388).

⁴ Vgl. Cassiodor, *Psalmenerklärung* 38,13 (PL 70,185).

2. Außerdem: Dionysius sagt im 3. Kapitel *Von den göttlichen Namen*: „Vor allem ist es hilfreich, mit dem Gebet zu beginnen, durch das wir uns Gott übergeben und uns mit ihm vereinigen.“ Die Vereinigung mit Gott aber geschieht durch Liebe, die zur Strebekraft gehört. Folglich gehört auch das Gebet zur Strebekraft.

3. Außerdem: Aristoteles spricht im 3. Buch *Von der Seele* von zwei Tätigkeiten des erkennenden [Seelen-]Teils. Deren erste ist das Erkennen des Unteilbaren, wodurch wir von einem jeden erfassen, was es ist. Die zweite dagegen ist das Verbinden und Trennen, wodurch erfaßt wird, ob etwas ist oder nicht ist. Diesen wird als dritte das Schlußfolgern hinzugefügt, durch das wir von Bekanntem zu Unbekanntem voranschreiten. Das Gebet aber läßt sich auf keine dieser Tätigkeiten zurückführen. Folglich ist es keine Tätigkeit des erkennenden Vermögens, sondern des strebenden.

DAGEGEN ABER steht, was Isidors in seiner *Etymologie* sagt, daß „Beten dasselbe ist wie Sprechen“. Das Sprechen aber gehört zum Verstand. Folglich ist das Gebet nicht eine Tätigkeit des strebenden Vermögens, sondern des erkennenden.

ICH ANTWORTE. Man muß sagen: Nach Cassiodor heißt Gebet [Rede] gewissermaßen „Gedanke oder Vernunft, die durch den Mund zum Ausdruck kommt“. Die theoretische und die praktische Vernunft aber unterscheiden sich darin, daß

[1] die theoretische Vernunft die Dinge lediglich erkennend erfaßt;

[2] die praktische Vernunft dagegen nicht nur erfassend ist, sondern auch verursachend.

Es ist aber etwas auf zweifache Weise Ursache eines anderen:

[2.1] zum einen vollkommen, indem es eine Notwendigkeit auferlegt, und dies ist der Fall, wenn eine Wirkung vollkommen der Macht der Ursache untersteht.

[2.2] zum anderen unvollkommen, indem es nur disponiert, wenn nämlich die Wirkung nicht vollkommen der Macht der Ursache untersteht.

So ist also auch die Vernunft auf zweifache Weise Ursache von etwas:

[2.1] Zum einen, indem sie eine Notwendigkeit auferlegt, und auf diese Weise kommt es der Vernunft zu, zu befehlen – nicht nur den niederen Vermögen und den Gliedern des eigenen Körpers, sondern auch Menschen, die untergeben sind, was durch das Befehlen geschieht.

[2.2] Alio modo, sicut inducens et quodammodo disponens, et hoc modo ratio petit aliquid fieri ab his qui ei non subiiciuntur, sive sint aequales sive sint superiores.

Utrumque autem horum, scilicet imperare et petere sive deprecari, ordinationem quandam important, prout scilicet homo disponit aliquid per aliud esse faciendum. Unde pertinent ad rationem, cuius est ordinare, propter quod Philosophus dicit, in I *Ethic.*, quod ad optima deprecatur ratio.¹

Sic autem nunc loquimur de oratione, prout significat quandam deprecationem vel petitionem, secundum quod Augustinus dicit, in libro *de Verb. Dom.*², quod oratio petitio quaedam est; et Damascenus dicit, in III libro, quod oratio est petitio decentium a Deo.³ Sic ergo patet quod oratio de qua nunc loquimur, est rationis actus.

AD PRIMUM ergo dicendum quod desiderium pauperum dicitur dominus exaudire, vel quia desiderium est causa petendi, cum petitio sit quodammodo desiderii interpretis. Vel hoc dicitur ad ostendendum exauditionis velocitatem, quia scilicet dum adhuc aliquid in desiderio pauperum est, Deus exaudit, antequam orationem proponant; secundum illud *Isaiae* LXV [24], „Eritque, antequam clament, ego exaudiam.“

AD SECUNDUM dicendum quod, sicut supra dictum est,⁴ voluntas movet rationem ad suum finem. Unde nihil prohibet, movente voluntate, actum rationis tendere in finem caritatis, qui est Deo uniri. Tendit autem oratio in Deum quasi a voluntate caritatis mota, dupliciter.

[1] Uno quidem modo, ex parte eius quod petitur, quia hoc praecipue est in oratione petendum, ut Deo uniamur; secundum illud *Psalms*. [XXVII,4], „Unam petii a domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae.“

¹ Aristoteles, *Nikomachische Ethik* X 15 (1102b16).

² Vgl. Rabanus Maurus, *De universo* VI (PL 111,136).

³ Johannes Damascenus, *De fide orthodoxa* 3,24 (PG 94,1089).

⁴ Vgl. *S.th.* I 82,4.

[2.2] Zum anderen, indem sie anleitet und gewissermaßen disponiert, und auf diese Weise bittet die Vernunft, daß etwas von denjenigen geschehe, die ihr nicht unterworfen sind, seien es Gleichrangige oder Übergeordnete.

Jede dieser beiden Weisen, sei es das Befehlen oder Bitten bzw. Erbitten, beinhaltet eine bestimmte Anordnung, insofern der Mensch nämlich etwas dazu hin disponiert, daß es durch anderes zu tun sei. Daher gehört es zur Vernunft, deren Aufgabe es ist, zu ordnen. Daher bemerkt Aristoteles im 1. Buch seiner *Ethik*, daß „die Vernunft sich das Beste erbittet.“

Auf diese Weise aber sprechen wir nun von „Gebet“ [„Rede“], insofern es ein bestimmtes Erbitten oder Bitten bezeichnet. Demgemäß sagt Augustinus im Buch *Über die Worte des Herrn*, daß „das Gebet eine gewisse Bitte ist“, und Johannes Damascenus sagt im III. Buch [*Vom rechten Glauben*]: „Das Gebet ist das Erbitten des Geziemenden von Gott“. So ist folglich offensichtlich, daß das Gebet [die Rede], von dem wir jetzt sprechen, eine Tätigkeit der Vernunft ist.

ZUM 1. EINWAND ist folglich zu sagen: Es heißt, daß der Herr das Verlangen der Armen erhört, entweder weil das Verlangen Ursache der Bitte ist, weil die Bitte sozusagen Ausdruck des Verlangens ist. Oder dies wird gesagt, um die Raschheit der Erhöhung zu zeigen, da nämlich, wenn etwas im Verlangen der Armen ist, Gott es schon erhört, bevor sie die Bitte hervorbringen, gemäß *Jesaja* (65,24): „Schon ehe sie rufen, erhöere ich sie.“

ZUM 2. EINWAND ist zu sagen: Wie oben erwähnt, bewegt der Wille die Vernunft auf sein Ziel hin. Daher hindert nichts daran, daß eine Tätigkeit der Vernunft, vom Willen bewegt, auf das Ziel der Liebe ausgerichtet ist, die in der Vereinigung mit Gott besteht. Das vom Willen der Liebe bewegte Gebet aber ist auf zweifache Weise auf Gott ausgerichtet.

[1] Zum einen von Seiten dessen, um was gebeten wird, denn dies vor allem ist im Gebet zu erbitten: die Vereinigung mit Gott – gemäß dem *Psalmswort* (27,4): „Nur eines erbitte ich vom Herrn, danach verlangt mich: im Hause des Herrn zu wohnen alle Tage meines Lebens.“

[2] Alio modo, ex parte ipsius petentis, quem oportet accedere ad eum a quo petit, vel loco, sicut ad hominem; vel mente, sicut ad Deum. Unde dicit *ibidem* quod, "quando orationibus invocamus Deum, revelata mente adsumus ipsi".¹ Et secundum hoc etiam Damascenus dicit quod "oratio est ascensus intellectus in Deum".²

AD TERTIUM dicendum quod illi tres actus pertinent ad rationem speculativam. Sed ulterius ad rationem practicam pertinet causare aliquid per modum imperii vel per modum petitionis, ut dictum est.

(Lateinischer Text: corpusthomaticum.org)

¹ Ps.-Dionysius Areopagita, *De divinis nominibus* 3 § 1 (PG 3,680).

² Johannes Damascenus, *De fide orthodoxa* 3,24 (PG 94,1089).

[2] Zum anderen von Seiten des Bittenden, für den es erforderlich ist, zu demjenigen hinzutreten, von dem er etwas erbittet, sei es örtlich, wenn er sich an einen Menschen wendet, sei es geistig, wenn er sich an Gott wendet. Daher heißt es *ebenda*: „Wenn wir in Gebeten Gott anrufen, dann sind wir unverhüllten Geistes bei ihm.“ Und dementsprechend sagt auch Damascenus: „Das Gebet ist der Aufstieg des Geistes zu Gott.“

ZUM 3. EINWAND muß man sagen: Jene drei Akte gehören zur theoretischen Vernunft. Doch darüber hinaus ist es Sache der praktischen Vernunft, etwas zu verursachen in der Weise des Befehls oder in der Weise der Bitte, wie gesagt worden ist.

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)